



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmmma Totivs Theologiae S. Thomae Aqvinatis, Doctoris Angelici Ordinis Prædicatorum

Secvndæ Secvndæ Partis Volumen Tertium

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Romae, 1619

Vtru[m] constantia pertineat ad perseuerantiam? 3

urn:nbn:de:hbz:466:1-38803

140 QVÆST. CXXXVII. ART. II.
scilicet timorem fatigationis, aut defectus propter
diurnitatem. Vnde hæc virtus est in irascibili, fides
& fortitudo.

Ad tertium dicendum, quod Auguf. ibi loquitur de
perseuerantia, non secundum quod nominat habitum
virtutis, sed secundum quod nominat actum virtutis
continuatum vsque in finem: secundum illud Matthei
24. Qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit.
Et ideo contra rationem perseuerantiæ sic acceptæ,
esset quod amitteretur, quia iam non duraret vsque
in finem.

ARTIC. III.

675 *¶* Vtrum constantia pertineat ad perseuerantiam?

AD tertium sic proceditur. Videtur, quod con-
stantia non pertineat ad perseuerantiam. Con-
stantia enim pertinet ad patientiam, vt supra dictum
est*. Sed patientia differt à perseuerantia. Ergo
constantia non pertinet ad perseuerantiam.

9. præc.
ar. 5.

¶ 2. Præterea, Virtus est circa difficile bonum.
Sed in paruis operibus constantem esse non videtur
esse difficile, sed solum in operibus magnis, quæ per-
tinent ad magnificentiam. Ergo constantia magis per-
tinet ad magnificentiam, quam ad perseuerantiam.

lib. 1. in
somp. Si
pion. in f.
2. ante
me. lib.
¶ 9. 128.
arg. 6.

¶ 3. Præterea, Si ad perseuerantiam pertinet
constantia, in nullo videretur à perseuerantia differ-
re: quia vtrumque immobilitatem quamdam impor-
tat. Differunt autem. Nam Macrobius* con-
stantiam firmitati, per quam intelligitur perseueran-
tia, vt supra dictum est. Ergo constantia non perti-
net ad perseuerantiam.

SED contra est, quod aliquis dicitur esse constans
ex eo quod in aliquo stat. Sed immanere aliquibus
pertinet ad perseuerantiam: vt patet ex diffinitione,
quam Andronicus ponit. Ergo constantia pertinet ad
perseuerantiam.

RESPONDEO dicendum, quod perseueran-
tia, & constantia conueniunt quidem in fine: quia ad
ad vtrumque pertinet firmiter persistere in aliquo bo-
NO.

no. Differant autem secundum ea, quae difficultatem afferunt ad persistendum in bono. Nam virtus perseverantiae proprie facit firmiter persistere hominem in bono contra difficultatem, quae provenit ex ipsa diuturnitate actus. Constantia autem facit firmiter persistere in bono contra difficultatem, quae provenit ex quibuscumque alijs exterioribus impedimentis. Et ideo principalior pars fortitudinis est perseverantia, quam constantia: quia difficultas quae est ex diuturnitate actus, est essentialior actui virtutis, quam illa quae est ex exterioribus impedimentis.

Ad primum ergo dicendum, quod exteriora impedimenta persistendi in bono, praecipue sunt illa quae tristitiam inferunt. Circa tristitiam autem est patientia, ut dictum est. Et ideo constantia secundum finem convenit eum perseverantia: secundum autem ea quae difficultatem inferunt, convenit cum patientia. Finis autem potior est. Et ideo constantia magis pertinet ad perseverantiam, quam ad patientiam.

Ad secundum dicendum, quod in magnis operibus persistere difficilius est. Sed in parvis vel in mediocribus diu persistere habet difficultatem: & si non ex magnitudine actus, quam respicit magnificentia, saltem ex ipsa diuturnitate, quam respicit perseverantia. Et ideo constantia potest ad utrumque pertinere.

Ad tertium dicendum, quod constantia pertinet quidem ad perseverantiam, in quantum convenit cum ea: non tamen est idem ei, in quantum differt ab ea, ut dictum est.

ARTIC. IV.

Utrum perseverantia indigeat auxilio gratiae?

Ad quartum sic proceditur. Videtur, quod perseverantia non indigeat auxilio gratiae. Perseverantia enim est quaedam virtus, ut dictum est. Sed virtus, ut Tullius dicit in sua Rhetorica, agit in modum naturae. Ergo sola inclinatio virtutis sufficit ad perseverantiam. Non ergo ad hoc

9. prae. ar. 1.

676

1.2.9.109

2.9. et 10

9.9.114

ar. 2. cor.

Et 2. dis.

20. in ex.

po. lit. ad

2. Et 3.

contra co.

155. Et

veri. 9.

24. a. 13.

9.9.27.

a. 5. ad 3

Et Ps 31.

col. 6. Et

10.7. lec.

2. co. pri.

* art. 1.

† li. 2. de

inuent. 2

f. 4. ant.

p. lib.